

**Commune**

**M**ilitaria fugere que sunt contritio cordis. confessio oris. et satisfactio operis. De quibus dicitur. Machi. v. Si quis angariauerit te pro mille passus. et fugiamus igitur a ventura ira. dum licet dum tempus est fugiendi. fugiamus diuitias cum iacob fugiente laban. Genesis. xxxi. Delicias cum ioseph fugiente egiptiam. Genesis. xxxix. honores cum cristo qui proposito sibi gaudio regni fugit ad montem. Iohannis. vi. Non expectemus in morte fugere. quoniam tunc non est conueniens fugere. Tunc penitentia corpet cor ad motum contritionis. hebet lingua ad verba confessionis. frigescent membra ad opera satisfactionis. **Q**uoniam vero ubi ceciderit ibi erit. quia ubi deus nos inuenerit. ibi nos iudicabit. Nam enim merita mutantur post mortem. **O**remus igitur misericordiam saluatoris. ut per dignos penitentie fructus venturam iram concedat nobis euadere. et ad regnum claritatis perpetue venire. Ipso prestante qui est deus benedictus in secula seculorum. amen.

**S**ermones vie et veritatis super epistolas et euangelia de tempore per totum annum extrinsece sacre theologie doctoris ordinis sancti Francisci Lucce. clariores in allegationibus et membris sacre scripture. **E**xplicit feliciter. Anno domini Millesimo quingentesimo octuagesimo tercio sabato ante dominicam. **E**sto mihi.

**sanctorum**

293

**I**ncipiunt themata de comuni sanctorum cum introductionibus eorundem

**De apostolis.**

**M**aiorem dilectionem nemo habet. ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Iohannis. xv. Consuetum est in ecclesia quod in magna solemnitate pullatur cum magna campana. Ita in festo apostolorum recitantur magnalia caritatis. que est regina virtutum. secundum hoc ponit criterium caritatis gradum qui non potest esse altior dicens. Maiorem caritatem et secundo ponit caritatis signum quod non potest esse certius. Ibi ut animam suam. et **E**xemplo ergo huius apostoli debemus gradus ascendere viriliter. etiam signa dilectionis ostendere amabiliter

**De eodem.**

**E**stote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Machi. i. Miles debet esse precipue armatus contra illa tela quibus utitur inimicus. Et ideo. quia mundus habet duo tela precipue. scilicet fraudulenciam et violenciam. quibus decipit et opprimit. **I**ocirco saluator in huius verbis armat milites suos duobus armis. **P**rimo sagacitate serpentina contra mundi fraudulenciam. **I**bi Estote prudentes. **S**ecundo simplicitate columbina contra mundi violenciam. **I**bi Et simplices sicut columbe. **P**ropter primum debemus esse auisati in nostro conflictu. **P**ropter secundum debemus esse decorati pio et benigno vultu